Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31238
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>



lxxix

79

cenauit dicens. Hic est calix
nouum testamentum in meo san-
guine qui pro uobis effundetur.
Verumtamen ecce manus tradens
me mecum est in mensa. Et
quidem filius hominis secundum quod
diffinitum est uadit. Verumtamen
ue homini per quem tradetur. Et cum
hi cepissent quaerere inter se quis
esset ex eis: qui hoc facturus
esset. Facta est autem contentio inter
eos: quis eorum uideretur esse
maior. Dixit autem eis: Reges gentium dominantur eorum: et qui
potestatem habent super eos benefici
uocantur. Uos autem non sic. Sed
qui maior est in uobis fiat
sicut minor. et qui praecessor est
sicut ministrator. Nam quis ma-
ior est qui recumbit an qui
ministrat. Nonne qui recumbit.
Ego autem in medio uestrum
sum sicut qui ministrat. uos autem
estis qui permansistis mecum in
tentationibus meis. Et ego
dispono uobis sicut disposuit
michi pater meus regnum:
ut edatis et bibatis super mensam meam in regno meo: et sedeatis super thronos iudicantes duodecim
tribus israel. Ait autem dominus petro. Simon simon ecce satanas
expetiuit uos. ut cribraret
sicut triticum. ego autem rogauit
pro te. ut non deficiat fides tua.
Et tu aliquando conuersus confirma
fratres tuos. Qui dixit ei. domine:
tecum paratus sum carcere et morte
ire. Et ille dixit. Dico tibi
petre. Non cantabit hodie gallus: donec ter abnegeres nosse
me. Et dixit eis. Quando
misi uos sine pera et sacculo
et calceamentis. Numquid aliquid de
fuit uobis. At illi dixerunt michil.
Dixit ergo eis. Sed nunc qui
habet sacculum tollat simiter et pera.
Et qui non habet. uendat tunicam
suam et emat gladium. Dico autem
uobis quia adhuc hoc quod scriptum est oportet impleri in me. Et
cum iniquis deputatus est. Et
cum ea quae sunt de me finem ha-
bent. At illi dixerunt. Domine ecce
duo gladii hic. At ille dixit
eis. Satis est. Et egressus ibat
secundum consuetudinem in montem
oliuarum. Secuti sunt autem illum
et discipuli eius. Et cum peruenisset ad locum. dixit eis. Orate
ne intretis tentationem. Et ipse
auulsus est ab eis: quantum iactus
est lapidis. et ponens genuibus
orabat dicens. Pater si uis confer calicem istum a me. Verumtamen non mea uoluntas. sed tua
fiat. Apparuit autem illi angelus
de celo. confortans eum. Et factus est in agonia. prolixius ora-